

canonicas sanctiones, ut liceat, qui vobis ab ipsis infidelibus apponuntur.

Insuper indulgemus, ut quicunque Religiosi, seu Clerici idonei ad annunciatum gentibus Evangelicam veritatem, requisita, & habita Pratorum suorum licentia, tibi voluerint adhaere, id absque contradicione qualibet liberam exequendi habeant auctoritatem Apostol. facultatem.

C A P. XI.

Pro redimendis captiuis licet ire Alexandriam, jurantibus, quod nihil deferem auxili, seu subfidi extra redemptionis articulum: portans vel mittens etiam post treugis merces prohibitas, excommunicatus est: & pacis appellatione non veniunt treuga.

Idem.

Significavit a nobis tua Fraternitas, quomodo aliqui ci-vium in Alexandriam valeant profici pro recuperandis concubibus suis, qui illic in captivitate tenentur. Hoc arbitramur licite posse fieri, dummodo nihil in mercibus suis, vel alio modo secum illuc deferant, unde possit Sarracenis (excepto redemptionis articulo) aliquod commodum aut subsidium provenire: quod etiam coram te prius juramento firmabunt. Illi quoque, qui post treugam in transmarinis partibus factam, cum commercio Alexandriam adiverint, si detulerint merces prohibitas causa lucrandi, excommunicationis vinculum non evadunt b: sicut nec illi, qui in personis propriis non eunt, merces eis per nuncios destinarunt. Ad ultimum illos, qui iuraverunt se amplius in terram Sarracenorū cum mercibus non iuratos, nisi pax esset inter Christianos, & ipsos, & post treugam factam venerunt illuc: conditio illa de pace aut treuga habenda ab excommunicationis vinculo non absolvit.

C A P. XII.

Excommunicati sunt, qui cum Sarracenis tempore guerrae aliquod habent commercium, vel eis praestant subsidium.

Idem.

Quod olim c praeceptum fuit: [& inf.] Sane licet hoc fuerit in Concilio d Later. districte inhibitum, nos tam nonnes illos excommunicationi supponimus, qui jam amplius cum Sarracenis mercimonium haberunt, vel per se, vel per alios navibus, seu quoque alio ingenio eis aliqua rerum subsidia, seu consilia, quamdiu inter nos & illos guerra duraverit, duxerint impendenda. Vestra igitur discretioni mandamus, quatenus nec per vos, nec per vestras naves, nec alio quoque modo aut ingenio eis mercimonia, consilia, vel alia subsidia transmittatis: ne si aliqui in sua malitia indurati, secus agere presumperint, non solum ipso jure incident in excommunicationem illum, verum etiam iram Dei viventis incurant.

C A P. XIII.

Judei nutrices, vel servientes Christianos habere non debent, contra facientibus interdicuntur Christianorum commercium.

Innocentius III. Archiepiscopo Senon. & Episcopo Parisensi. (an. 1212.)

ET si Judæos (quos propria culpa submisit perpetuae servituti) pietas Christiana receptet, & sufficit cohabitationem illorum: ingrati tamen nobis esse non debent, ut reddant Christianis pro gratia contumeliam, & de familiaritate contemptum, qui tanquam misericorditer in nostram familiaritatem admissi, nobis illam retributionem impendunt, quam (juxta vulgare proverbium) mus in pe-ra, serpens in gremio, & ignis in sinu, suis consueverunt hospitibus exhibere. Accepimus autem, quod Judæi fa-

a Cap. 5. eod. tit. in 2. compil. b evadant. c Cap. 6. eod. tit. in 2. compil. d Sub Alexan. III. cap. 24. e Cap. 1. eod. tit. in 3. compil. vide notas cap. 1. & 5. hoc eod. tit.

ciant Christianas filiorum suorum nutrices a, & (quod non tantum dicere, sed etiam nefandum est cogitare) cum in die Resurrectionis Dominicæ illas recipere corpus, & sanguinem Iesu Christi contingit, per triduum antequam eos lastent, lac effundere faciunt in latrinam. Alia insuper contra fidem catholicam detestabilia, & inaudita committunt, propter quæ fidibus est verendum, ne divina indignationem incurant: cum eos perpetrate patiuntur indignæ, quæ fidei nostræ confusione inducent: (& infra. 1.) Inhibemus ergo districte, ne de cætero nutrices, vel serviens habeant Christianos, ne filii libera filiis famulentur ancillæ, sed tanquam servi a Domino reprobati, in cuius mortem nequierunt conjurarent, se saltæ b per effectum operis recognoscant servos illorum, quos Christi mors liberos, & illos servos effecit: (& infra. 2.) Si vero nutrices, & serviens non dimiserint Christianos, sub excommunicationis poena inhibeatis c districte omnibus Christianis, ne cum eis commercium aliquod audeant exercere.

[1 Rogamus igitur charissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Francorum illustrum: mandamus etiam Nobilium virorum M. Ducum Burgundie, & Comitis Tresen. ut taliter reprimant Judaorum excessus, ne cervicem perpetue servitutis iugo submissam presumant erigere contra reverentiam fidei Christianæ.]

[2 Qui cum iam cœperint rodere more muris, & pungere sicut serpentes, verendum est, ne ignis receptatus in sinu, corroso consumat. Quocirca F. t. per A. s. m. q. prædictum Regem, & alios ad hoc ex parte nostra, ita diligenter monere ac efficaciter inducere procureatis, quod Judei perfidi de cætero nullatenus infelicant, sed sub timore serviis præstendant semper verecundiam culpa sua, ac si reverentur honorem faci Christianæ.]

C A P. XIV.

Judeus, qui percuterit Clericum, temporaliter punitur: & si defacto puniri non potest, interdicuntur sibi Christianorum commercium, donec satisfecerit injuriam passo.

Idem.

Postulasti d, qualiter contra Judæum procedere debeas, qui manus injectit in quandam Clericum violentias? Ad quod breviter respondemus, quod si dictus Judeus tuae jurisdictionis existit, ipsum poena pecuniaria punias, vel alia (secundum quod convenit) temporalia, faciens lazo satisfactionem congruam exhiberi: alioquin ejus Dominum moneas & inducas, ut passo injuriam, & Ecclesiæ ab eo satisficeri faciat competenter: quod si Dominus ejus neglexerit adimplere, tu Christianis omnibus e per censem Ecclesiæ interdiccas, ne cum ipso Judeo antequam satisficiat, presumant commercia exercere.

C A P. XV.

Judei, & Sarraceni utriusque sexus debent in terris Christianorum uti habitu, per quem a Christianis discernantur, & in die passionis Domini non debent in publicum progredi, nec in contumeliam creatoris profire.

Idem in Concilio generali. f (an. 1216.)

IN nonnullis provinciis a Christianis Judæos, seu Saracenos habitus distinguunt diversitas: sed in quibusdam sic quedam inolevit confusio, ut nulla differentia distinxerit g. Unde contingit interdum, quod per errorem Christiani, Judæorum, seu Sarracenorū, & Judei, seu Sarraceni Christianorum mulieribus commiscentur. Ne igitur tam damnatae commixtionis excessus per velamen erroris

a Vid. Marquardum tractat. de Judeis part. 1. cap. 3. num. 15. b In Cod. Barbatæ, recognoscant se esse servi, &c. c Vid. B. Thom. 2. 2. quest. 10. art. 9. d Vid. Nicolaum Eymeticum in Directorio inquisitorum. 2. quest. 46. num. 8. & 9. e Diclo, omnibus, deest in antiquioribus Cod. f Idem scil. Innocent. III. in Conc. Later. cap. 68. & cap. 1. eod. tit. in 4. compil. g discerneratur.

a erroris hujusmodi, ulterioris b exousiationis possint habere diffugium: statuimus, ut tales utriusque sexus in omni Christianorum provincia, & omni tempore, qualitate habitus publice ab aliis populis distinguantur. In diebus autem lamentationis, & dominicae passionis in publicum minime prodeant, eo quod nonnulli ex ipsis talibus diebus (sicut accepimus) & ornatus non erubescunt incidere, ac Christianis, qui sacratissimæ passionis memoriam exhibentes, lamentationis signa prætendunt, illudere non fornicant. Illud autem strictissime inhibemus, ne in contumeliam creatoris c proslige presumant. Et quoniam illius dissimulare non debemus opprobrium, qui probra nostra delevit: præcipimus presumptores hujusmodi per Principes seculares condignas animadversionis adfectione compesci, ne Crucifixum pro nobis aliquatenus blasphemare præsumant.

C A P. XVI.

Præponens Judeum, vel Paganum publicis officiis, per Concilium provinciale corripitur, & preposito denegatur Christianorum commercium, donec deposituerit officium, & in usus Christianorum pauperum restituat inde quæsita, secundum Episcopi providentiam.

Idem in eodem. d

C um sit nimis absurdum, ut blasphemus Christi in Christianos vim potestatis exerceat: quod super hoc Tolitanum Concilium provide statuit, nos propter transgressorum audaciam in hoc generali Concilio innovamus, prohibentes, ne Judæi publicis officiis præferantur: quoniam sub tali praetextu Christianis plurimum sunt infesti. Si quis autem eis officium tale commiserit, per provinciale Concilium, quod singulis annis præcipimus celebrari, monitione præmissa, distinctione, qua convenient, compescatur. Officiali vero hujusmodi, tamdu Christianorum communio in commerciis, & aliis denegetur, donec in usus pauperum Christianorum, secundum providentiam dioeces. Episcopi convertatur, quicquid fuerit a Christianis adeptus occasione officii sic suscepit: & officium cum pudore dimitat, quod irreverenter assumpit. Hoc idem extendimus ad Paganos.

C A P. XVII.

Concilium generale repeat Concilium Lateranen. supra eod. ita, & addit pñnam satisfactionis tempore absolutionis im-pendendam.

Idem in eodem.

A D liberandam c Terram Sanctam: [& inf.] Excommunicamus præterea & anathematizamus illos fallos, & impios Christianos, qui contra ipsum Christum, & populum Christianum Sarracenis arma, ferrum, & ligamina deferrunt gallearum: eos etiam, qui galeas eis vendunt vel naves, quique in piraticis Sarracenorū navibus curam gubernationis exercent, vel machinis, aut quibuslibet alii aliquod eis impendunt confusil, vel auxilium in dispendium Terræ Sanctæ: ipsosque rerum suarum privatione multari, & capientium servos fore censemus: præcipientes, ut per omnes urbes maritimæ diebus Dominicis, & festiis hujusmodi sententiæ publice innovetur. Et talibus gremium non aperiatur Ecclesiæ, nisi totum, quod ex commercio tam damnato perceperint, & tantundem de suo in subsidium Terræ Sanctæ transmiserint, ut æquo judicio, in quo deliquerint, puniantur. Quod si forte solvendo non fuerint, sic alias reatus talium cafigetur, quod in poena ipsorum aliis interdicatur audacia similia præsumendi.

C A P. XVIII.

Judei, vel Pagani publicis officiis præficiendi non sunt: & si a. Episcopatus sunt Hispaniae, de quibus Vasæus in annalibus Hispaniæ, cap. 20. b vid. Marquardum tract. de Judeis p. 2. c. 6. & 7. c Lat. sub Innocent. III. c. 69. d vid. notæ hujus decr. & nos. Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. g Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. h mancipandum.

eis regalia jura vendantur, ad ea colligenda presigendus est Christianus non suspectus.

Gregorius IX. Astoricen. a & Lucen. Episcopis. (an. 1236. Roma in Hispaniam.)

E X speciali b, quem erga illustrem Regem Portugallie gerimus, charitatis affectu: [& infra.] Mandamus, quatenus Regem ipsum solcite inducatis, ne in officiis publicis Judæos Christianis præficiat, sicut in generali Concilio continentur: & si forte reditus suos Judæi vendiderit, vel Paganis, Christianum runc deputet de gravaminibus inferendis Clericos, & Ecclesiæ non suspectum, per quem Judæi, sive Sarraceni, sine Christianorum injurya, jura regalia consequantur.

C A P. XIX.

Se ipsum summat.

Idem.

N ulli Judæo baptizatum, vel baptizari volentem emere licet, vel in suo servitio retinere. Quod si quem nondum ad fidem conversum causa mercionii emerit, & postmodum factus sit, vel fieri desideret Christianus, datis pro eo XII. solidis ab illius servitio protinus subtrahatur. Si autem intra tres menses ipsum venalem non exposuerit, vel ad sibi serviendum emerit eundem, nec ipse vendere, nec alius audeat comparare: sed nullo dato pretio perduatur ad præmia libertatis.

TITULUS VII.

DE HÆRETICIS.

CAP. I.

Infidelis est, qui non habet certitudinem fidei, & infidelis non est credendum in præjudicium alterius.

Stephanus Papa omnibus Episcopis.

(an. 156. Rome.)

D ubius in fide, infidelis est. Nec eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant.

C A P. II.

Errare in fide convincitur, qui alios errantes, cum potest, ab errore non revocat.

Leo Papa. (an. 420. Rome.)

Qui alios f, cum potest, ab errore non revocat, se ipsum errare demonstrat.

C A P. III.

Hæreticus perseverans, eternali damatur: cui nec prodect baptismus, nec elemosyna, vel martyrium, vel aliud quodcumque bonum, quod hoc, ut consequatur vitam eternam.

Augustinus de fide Catholica.

Firmissime g tene, & nullatenus dubites, omnem hæreticum, vel schismaticum cum Diabolo, & angelis eius, eterni ignis incendio participandum h, nisi ante finem viæ Catholica surrit incorporatus, & redintegratus Ecclesiæ: [& post pauca.] Omni homini, qui Ecclesiæ catholice non tenet unitatem, neque baptismus, neque elemosyna quantumlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi suscepit, proficer poterit ad salutem.

C A P. IV.

Damnato auctore damnantur ejus scriptura, & libri, & opera. Gregorius Anastasio Antiocheno. (an. 600. Roma in Syriam.)

F raternitatis tuæ: [& inf.] Cum Celestinus, atque Pelagius in Ephesina Synodo sint damnati: quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur auctores?

C A P.

C A P. V.

Episcopus instituens heredem hereticum consanguineum, vel extraneum, vel Paganum, etiam post mortem excommunicatus numeratur. h. d. secundum communem, & veriorem intellectum, & ut faciat ad tit. potest intelligi, quod ex hoc presumatur hereticus.

Ex Concilio Africano. a [an. 402.]

SI quis Episcopus heredes instituerit extraneos a consanguinitate sua, vel hereticos etiam consanguineos, aut Paganos pertulerit b, saltum post mortem ei e anathema dicatur, atque ejus nomen inter Dei Sacerdotes nullo modo recitur.

C A P. VI.

Loquitur de eadem materia cum precedenti, & extenditur, quod ibi dictum fuit de Episcopo ad Presbyteros, & alios Clericos.

Ex Eodem

IN eos, qui Catholici non sunt, etiamsi consanguinei fuerint, Episcopi, vel Presbyteri nihil conferant; deinde quod de Episcopis, & Presbyteris dictum est, debet de reliquis Clericis exaudiri.

C A P. VII.

Christus fuit verus Deus, & verus homo: sentiens oppositum hereticus est, & excommunicatus.

Honorius (al. Alex. III.) Remen. Archiepiscopo.

[an. 1180.]

Cum Christus d perfectus Deus, & perfectus sit homo: mandamus, quatenus sub anathemate interdictas, ne quis de cetero audeat dicere Christum non esse aliquid secundum quod homo: quia sicut Christus verus est Deus, ita verus est homo ex anima rationali, & humana carne subsistens.

C A P. VIII.

Heretici, receptatores, & fautores eorum excommunicati sunt, & decadentes in hoc peccato in coemeterio Ecclesiae sepeliri non debent, nec pro eis orari.

Ex Concilio Lateran. e (an. 1179.)

Sicut ait B. Leo: [& inf. 1] Quia in partibus Tolosanis, & aliis locis hereticorum, quos alii Gazaros, alii Patarenos, & alii alii nominibus vocant, invaluit damnanda veritas, eos, & defensores, & receptatores eorum anathematis decernimus subjacebant: & sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere, vel fovere, aut negotiationem cum eis exercere praesumat. Si autem in hoc peccato decesserit, neque sub privilegiis nostrorum quibuscumque indultorum obtentu, neque sub alia quacunque occasione oblatio pro eo fiat, aut inter Christianos accipiat sepulturam.

(1) Licit Ecclesiastica disciplina sacerdotali contenta iudicio cruentas effugiat ultiōnes: catholicorum tamen Principum constitutionibus adjuvatur, ut sepe querant homines salutare remedium, dum corporale super se metunt supplicium evenire. Eapropter quia in Vasconia, Albigesio &c.)

C A P. IX.

Hereticus male sentiens, vel male docens de sacramentis Ecclesie excommunicatus est, & convictus, nisi se correxerit, & errorem abjuraverit, si Clericus est, degradetur, & curia seculari tradatur, per quam etiam Laicus punietur. Eadem etiam est pena suspectis de heresi, si se non correxerint, & relapsi omnino audientia denegatur. Seculares Principes, qui jurare nolunt de Ecclesia contra hereticos defendenda excommunicantur, & terrae eorum supponuntur interdicto:

vitales vero ipsorum resistentes aliarum commercio, & Episcopali dignitate privantur: exempli vero subsunt ordinarii super his, que contra hereticos instituuntur.

Lucius III. (an. 1181.)

A d abolendam [& inf. 1] Universos, quide sacramen-

to Corporis, & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi, vel de baptismate, seu de peccato um confessione, matrimonio, vel reliquo Ecclesiasticis Sacramentis alter sentire, aut docete non metuunt, quam sacrosancta Romana Ecclesia prædicat, & observat: & generaliter quoque eadem Rom. Eccle. vel singuli Episcopi per dieceles suas cum consilio Clericorum, vel Clerici ipsi, fede vacante, cum consilio (si oportuerit) vicinorum Episcoporum, hereticos indicaverint, vinculo perpetui anathematis innodamus: [& inf. 2] Præsentib[us] nihilominus ordinatione sancimus, ut quicunque manifeſte fuerint c in heresi deprehensi, si Clericus est, vel cuiuslibet religionis obumbratione fulcatus, totius Ecclesiastici ordinis prærogativa noderetur, & sic omni officio, & beneficio spoliatus Ecclesiastico secularis relinquatur arbitrio potestatis, animadversione debita puniendus: nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidei catholicae unitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publice consenserit abjurare, & satisfactionem congruam exhibere. Laicus autem, nisi (prout dictum est) abjurata heresi, & satisfactione exhibita confessum ad fidem confugerit orthodoxam, secularis Judicis arbitrio relinquatur, debitam receperitus pro qualitate facinoris ultionem: [& infra.]

Qui vero inventi fuerint d sola suspicione notabiles, nisi ad arbitrium Episcopi juxta considerationem suspicionis, qualitatemque personae propriae innocentiam congrua purgatione monstraverint, simili sententia subjacebunt. Illos quoque, qui post abjurationem erroris, vel postquam se (ut diximus) proprii antifitit examinatione purgaverint, deprehensi fuerint in abjurata heresi recidisse, seculari iudicio sine ulla penitus audiencia decernimus reliquendos: [& infra. 3] Statuimus insuper, ut Comites, Barones, Rectores, & Consules civitatum, & aliorum locorum juxta commonitionem Episcoporum, præstito corporaliter iuramento promittant, quod fideliter, & efficaciter, cum ab eis fuerint requisiti, Ecclesiam contra hereticos, & eorum complices adjuvabunt bona fida iuxta officium, & posse suum. Si vero id obseruare noluerint, honore, quem obtinent, spolientur, & ad alios nullatenus assumentur, eis nihilominus excommunicatione ligandis, & terris ipsorum interditio Ecclesiae supponendis. Civitas autem, que his institutis duxerit refandum, vel contra commonitionem Episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum caret commercio civitatum, & Episcopali se noverit dignitate privantur: (& inf. 4) Si qui vero fuerint e, qui a lege discesserint, jurisdictio exempti, soli subjaceant sedis Apost. potestati, nihilominus in his, que sunt contra hereticos instituta, Episcoporum subeant judicium, & eis in hac parte tanquam a sede Apost. delegatis (non obstantibus libertatis sua privilegiis) obsequantur.

(1) Diversorum heresum pravitatem, que in plerisque mundi partibus modernis caput temporibus pullulare, vigor debet Ecclesiasticus excitari, cum nimis Imperialis fortitudinis suffragante potentia, & hereticorum protoritas in pravis falsitatis, & cuncte

a C. 48. in Conciliis Latinis, & in Synodo Carthag. c. 84. apud Theodorum Balsam. & C. 8. eod. tit. in 1. comp. b Vide Eymer. in Direct. Inquis. 3. part. q. 91. c In vulgaris ita: fuerit in heresi deprehensus, sed in antiqu. C. ut est impressum. d Hic s. ut plurimum desideratur in manusc. Cod. usque ad illa verba: Illos quoque. e Vide Eymer. in Director. Inquis. p. 3. q. 26. & seq.

De Hereticis.

sive conatibus elidatur, & catholicæ simplicitatis veritas in Ecclesia sancta resplendens, eam utique demonstrat ab omni exactio- ne falorum dogmatum expiatam. Ideoque nos filii nostri charissimi F. illustris Romanov. Imp. semper Augst. presentia pariter, & vigore suffulti de communi F. n. consilio, necon & aliorum Patriarcharum, & Archiepiscoporum, multorumque Principum, qui de diversis mundi partibus conveniunt, contra ipsos hereticos, quibus diversa vocabula diversarum indidit professo falsatum, pre- sentis decreti sanctione conjugimus, & omnem heresim, generali quicunque nomine censeatur, per hujusmodi constitutionis seriem audi. Apost. condemnamus. In primis ergo Carbaros, & Patari- nos, & eos, qui se humiliatos, vel pauperes de Lugdun. falso no- mine mentiuntur, Passaginos, Mesopinos, Arnaldistas perpetuo de- cernimus anathemati subjace. Et quoniam nonnulli sub specie pietatis virutem ejus, juxta quod ait Apostolus, denegantes au- cloritatem sibi vendicant predicandi: cum idem Apostolus dicat: Quomodo predicabunt, nisi mittantur? Omnes, qui vel prohibiti, vel non missi præteri aut, ab Apost. sed. vel Episcopos loci susceptam publice, vel privatim predicare presumperunt, &

(2) Receptores, & defensores eorum, cunctosque pariter, qui prædictis hereticis ad foventiam in eis heresiis prævitate patroci- nium præstiterint aliquod, vel favorem seu Consolati, vel cre- dentes, seu Perfecti, sive quibuscumque superstitionis nominibus nuncupentur, similiter decernimus sententia subjace. Quis igi- tur peccatis exigitibus quandoque contingit, ut severitas Ec- clesiastice discipline ab his, qui virtutem ejus non intelligent, conueniat.

(3) Bonis damnatorum Clericorum Ecclesias, quibus deservie- bant, secundum sanctiones legitimas applicandis. Sane prædi- stam excommunicationis sententiam, cui omnes hereticos præci- pimus subjacevere, ab omnibus Patriarchis, Archiepisc. Episcop. in- precipuis festivitatibus, & quibuscumque solemnitatibus nominibus, aut gloriā Dei reprobatione hereticis pravitatis de- cernimus nominari, auct. Apost. statuentes, ut si quis de ordine Episcoporum in his negligenter facerit, vel desidiosus inventus, per tricennale spatium ab Episcopali habeatur dignitate, & admini- stratione suspensus. Ad hec de Episcopali consilio, & suggestione culminis Imperialis, & Principum eius adjectimus, ut quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus por se, vel per Archidiaconum suum, aut per alias idoneas personas, & honestasib[us], vel semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hereticos habite, circumeat: & ibi tres, vel plures boni testimonii viros, vel etiam rotam viciniam, si expedire videbitur, jurare compellat: quod si quis hereticus ibidem scierit, vel aliquis occulte conventicula celebant, seu a communī conversatione fidelium, vita, & mori- bus dissidentes, eos Episcopo, vel Archidiacono studeat indicare: Episcopus autem, vel Archidiaconus ad presentiam suam conve- cerit accusatos, qui nisi se ad eorum arbitrium juxta patrias conve- tuinas ab objecto reatu purgaverint, vel si post purgationem ex- hibita in pristinam fuerint relapsi perfidiam, Episcoporum ju- dicio puniantur. Si qui autem ex eis iurationem superstitione dam- nabilis resipientes sura forte noluerint, ex hoc ipso heretici judi- centur, & pœnis, quæ prænominate sunt, percellantur.)

(4) Omnes etiam fautores hereticorum tanquam perpetua- ìn famia condemnantes, ab advocatione, & testimonio, & aliis publicis officiis decernimus repellendos.]

C A P. X.

Bona hereticorum confiscantur, & in terris Ecclesiae appli- cantur fisco Ecclesie: in terris imperii Judicis secularis fisco, & procedit, etiam si catholicos habeant filios.

Innocentius III. (an. 1212.)

Vergentis a in senium seculi corruptelam: (& infra. 1) In terris vero temporali nostræ jurisdictioni subiectis bona hereticorum statuimus publicari: & in aliis idem præ-

a Habetur integral. 2. registri Innoc. III. epist. 1. & Cap. 1. eod. tit. in 3. compil.

a Vid. Paul. Grillandum tract. de heret. q. 4. Jul. Clarum lib. 5. sent. recept. §. heresim, versic. & scias quod. b fautores.

dum: ut qui per se ad viam rectitudinis revocari non possunt, in suis saltet defensoribus, receptoribus, & fautoribus, ac etiam credentibus, confundantur: & cum se videant ab hominibus evitari, reconciliari desiderent omnium unitati. De communi ergo f. n. o. offensi quoque Archiepiscoporum, Episcoporum, apud sedem Apost. existentium distritus inhibemus, ne quis hereticos receptare, vel defensare quolibet modo audiat, aut ipsis favere, aut credere quoque modo presumat: praesenti decreto firmiter statuentes, ut si quis aliquid eorum facere forte presumperit, nisi primi, secundove commonitus a sua super hoc curaverit praeumptione effare, ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia, vel concilia civitatum, nec ad eligendos aliquos ad hujusmodi, nec ad testimonium admittantur. Sine etiam instabiles, nec ad hereticis successionem accedant. Nullus praevere ipsis tenetur in quoque negotio respondere: quod si forsitan Juxexiterit, ejus sententia nullam obtineat firmatatem, nec causa aliqua ad ejus audientiam perferatur. Si fuerit adoratus, ejus patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius sint penitus momenti, sed cum auctore damnato dammentur. In similibus etiam idem precipimus observari. Si ergo Clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur, ut in quo major est culpa, gravius exerceatur vindicta. Si quis autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati, vel separati, contemptus evitare, anathematis se noverit sententiam incurrisse.]

C A P. XI.

Advocati, vel Notarii hereticis, vel eorum defensoribus facientes, aut sub eis litigantibus patrocinantes, & pro eis instrumenta scribentes, infames sunt, & ab illo officio suspensi.

Idem. (an. 1212. Rome.)

SI adversus a nos terra confureret: (& infra. 1) Quia plus timeti folet, quod specialiter injungitur, quam quod generaliter imperatur: vobis Advocatis, & Scrinariis firmiter inhibemus, ne hereticis, credentibus, fautoribus, vel defensoribus eorumdem in aliquo praestetis auxilium, consilium vel favorem: nec eis in causis, vel in factis, vel aliquibus litigantibus sub eorum examine verstrum patrocinium praebatis, & pro ipsis publica instrumenta, vel scripta facere nullatenus attenteris.

Quod si contra presumperitis, ab officio vestro suspensos perpetuas vos decernimus infamias subjacere.

[1 Licit autem a nobis, & predecessoribus nostris, contra hereticos multa sint edita & statuta, ne habeatis aliquam excusationem in peccatis, quasi antiquorum fueritis oblitiorum, &c.]

C A P. XII.

Laici non predicent, nec occulta conventicula faciant, nec Sacerdotes reprobent.

Idem universis Christifidelibus, tam in urbe Meten. quam in eius diaecesis constitutis.

(an. 1212. Rome)

Cum ex b injuncto: [& inf. 1] Licit autem desideriom intelligendi diuinis Scripturas, & secundum eas studium adhortandi, reprehendendum non sit, sed potius commendandum: in eo tamen apparent quidam Laici merito arguendi, quod occulta conventicula celebrant, officium predicationis Christi sibi usurpat, Sacerdotum simplicitatem elidunt, & eorum confortium aspernantur, qui talibus non inherent. Deus enim lux vera e, quam omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, in tantum odit opera tenebratum, ut Apostolos suos in

a Matth. 10. b in luce, al. in lucem. c 2. Corinth. 12. d Ephes. 3. e Roman. 10. f Matth. 9. Luc. 10. g Exod. 7. h Joan. 1. i Esa. 40. Matth. 3. k Malach. 2. l Exod. 22. Joan. 10. m Num. 22. n Joan. 8. o vide B. Tb. 2. 2. q. 33. art. 2. & seq. p. al. fratrem, in plerisque Gregorianis exemplaribus, in aliis, & registro legitur, patrem. q Matth. 3. r postulari.

[1 Nobis

[1 Nobis Apostolatus officio, sumus secundum Apostolum sapientibus, & insipientibus debitos: pro universorum salute nos oportet esse sollicitos, ut & malos retrahamus a vitiis, & bonos in virtutibus foveamus. Tunc autem opus est disputatione majori, cum vita sub specie virtutum occulte subintrant, & angelus Satanæ se in angelum lucis simulat, & transformat. Sane significavit nobis venerabilis frater noster Episcopus Meten. per literas suas, quod tam in urbe Meten. quam in diaecesis Laicorum, & mulierum multitudo non modica, tracto quadammodo desiderio Scripturarum, Evangelia, epistolas Pauli, Psalterium, moralia Job, & plures alios libros sibi fecit in Gallico sermone convertiti: translationi hujusmodi adeo liberant, uitram autem, & tam prudenter intendens, ut secretis conventionibus talia inter se Laici & mulieres eructare presumant, & sibi invicem prædicare: qui etiam eorum aspernentur consortium, qui se talibus non immiscant, & se reputant alienos, qui aves & animos talibus non apponunt. Quos cum aliqui parochialium Sacerdotum super his corripere voluerint, ipsi eis in faciem restiterunt, conantes rationes inducere de scripturis, quod non ab his debent penitus inhiberi. Quidam etiam ex eis simplicitatem Sacerdotum suorum fastidium, & cum ipsis per eos verbum salutis proponitur, se melius habere in libris suis, & prudentius se posse id eloqui submurmurant in occulto.]

[2 Per hoc manifeste denuncians, quod Evangelica prædicatio non in occultis conventiculis, sicut heretici faciunt, sed in Ecclesiæ juxta morem catholicum est publice proponenda. Nam iuxta testimonium veritatis, omnis, qui male agit, edit lucem, & ad lucem non venit, ne ejus opera arguantur: Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestetur opera ejus, quia in Deo sunt facta. Proprius quod cum Pontifex interrogasset Jesum de discipulis suis, & de doctrina ejus, respondit: Ego palam locutus sum mundo, ego semper docebam in synagoga, & in templo, quo omnes Judei convenient, & in occulto locutus sum nihil. Porro si quis obiciat, quod secundum præceptum Dominicum, non sicut sanctum dandum canibus, neq; margaritam misericordia sunt ante porticos: cum & ipse Christus non omnibus quidem, sed solis Apostolis dixerit: vobis datum est nōs mysterium regni Dei, careris autem in parabolis: intelligat canes, & porcos, non eos, qui graviter accipiunt, & margaritas libenter acceptant, sed illos, qui secundum admonitionem docet esse vitandos. Arcana vero fidei sacramenta, non sunt: passim omnibus expondere, cum non possint ab omnibus possint intelligi: sed eis tantum, qui ea fideliter possint concipere intellectu: propter quod simplicioribus inquit Apostolus, quasi parvulus in Christo, lac potum dedi vobis, non escam. Maiorum enim est solidus cibus, sicut aliis ipse dicebat: Sapientiam loquimur inter perfectos, inter vos autem nihil judicavi me scire, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Tanta est enim diuina Scriptura profunditas, ut non solum simplices & illiterati, sed etiam prudentes & doctri non plene sufficient ad illius intelligentiam indegandam. Propter quod dicit Scriptura, quia multi desiderant scrutari scripturam. Unde recte fuit olim in lege diuina statutum, ut bestia, quæ montem tetigerit, labideatur: ne videlicet simplex aliquis, & indoctus presumat ad subtilitatem sacrae Scripturae pertinere. Scriptum est enim: Alio tempore quæsi dicit Apostolus: Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.]

[3 Non est ergo credendum ei, qui dicit se missum a Deo, cum sit missus ab homine, nisi de se speciale proferat testimonium de scripturis, & ejusdem miraculum operetur. Nam de his, qui missi leguntur a Deo, Evangelista testatur, quod ipsi profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.]

[4 Juxta quod alibi dicit de servo volente apud dominum remanere, ut dominus offerat eum Diis: cum enim iuxta verbum Apo-

Tom. II.

stoli, servus suo domino sit aut cadat, profecto Sacerdos ab Episcopo, cuius correctioni est subjectus, debet in universitate fratrum castigari, non autem a populo, cuius est correctioni prepositus. in spiritu superbia reprehendi: cum iuxta verbum Dominicum patet & mater non debent maledici, sed potius honorari, quod de spirituali patre multo fortius debet intelligi, quam carnali.]

C A P. XIII.

Excommunicati sunt omnes heretici, quibuscumque nominibus nominentur. h. d. usque ad §. Damnat.

Idem a in Concilio generali. (an. 1216. Rome.)

I. Excommunicamus itaque, & anathematizamus omnem hæresim, extollentem se adversus hanc sanctam, orthodoxam, & catholicam fidem, quam superius exposuimus: condemnantes hereticos universos, quibuscumque nominibus b censeantur, facies quidem diversas habentes, sed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate convenient in id ipsum.

Damnati de hæresi, per secularem Judicem puniuntur, & bona Laicorum hereticorum confiscantur, & Clericorum bona applicantur Ecclesiæ, ubi beneficiati erant. h. d. usque ad §. Qui autem. Abbas Siculus.

§. 1. Damnati c vero presentibus secularibus Potestibus, aut eorum Ballivis relinquant animadversione debita puniendi, Clericis prius a suis ordinibus degradatis, ita quod bona hujusmodi damnatorum, si Laici fuerint, confiscantur: si vero Clerici, applicentur Ecclesiæ, a quibus stipendia receperunt. d

Si suspectus de hæresi se non purgat, ad arbitrium superioris excommunicatur: & existens per annum in excommunicatione, ut hæreticus damnatur. h. d. usque ad §. Moneantur. Abbas Siculus.

§. 2. Qui autem inventi fuerint sola suspicione notabiles, nisi juxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, anathematis gladio feriantur, & usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur, ita quod si per annum in excommunicatione persistent, extinc velut hæretici condemnentur.

Potestates seculares perpetue, vel temporales jurare tenentur universos hereticos ab Ecclesia damnatos pro viribus exterminare: & temporalis dominus non purgans terram suam hereticis, excommunicatur: & si persistenter in excommunicatione per annum, nunciatur Pape, qui fideles ejus a iuramento absolvere, & ejus terram fidelibus exponet, salvo iure principalis domini, nisi & ipse sit in culpa. h. d. usque ad §. Catholici. Abbas Siculus.

§. 3. Moneantur autem & inducantur, & si necesse fuerit, per cenf. Ecclesiast. compellantur seculares e Potestatis, quibuscumque fungantur officiis, ut sicut reputari ciupiunt, & haberit fideles, ita pro defensione fidei presentibus publice juramentum, quod de terris sua jurisdictioni subjectis universos hereticos ab Ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita quod amodo quandocunque quis fuerit in Potestatum, five f perpetuam five temporalem assumpsum, hoc teneatur Capitulum juramento firmare. Si vero dominus temporalis requisitus, & monitus ab Ecclesia, suam terram purgare neglexerit ab heretica seditate, per Metropolitanum, & cæteros comprovinciales Episcopos excommunicationis vinculo innodetur: & si satisfacere contempserit, intra annum significetur hoc summo Pontifici, ut extinc ipse vasallos ab ejus fidelitatibus denunciet absolutos, & terram.

8 s

terræ

a Scilicet Innoc. III. in Conc. gener. Later. c. 3. & Cap. 2. eod. tit. in 4. comp. b Quæ sit eorum pœna, vide in l. 1. C. de sum. Trinit. & in auth. credentes. & in l. Arriani. C. de heret. c Eyp. mericu in Direct. Inquisitor. 3. p. q. 101. & q. 112. d perceperant. e seculi. f In Concil. ita: five spirituale, five temporale, &c. quasi non solum principes seculares, sed etiam Ecclesiastici, quos per potestatem spirituale possumus intelligere, hoc teneantur præstare juramentum.